Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1002
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



In illo tpe. Dixit dns ihs discipulis suis. Si dilig
gitis me: mandata mea seruate. Et ego rogabo
patrem: et alium paracletum dabit vobis. ut maneat
vobiscum in eternum: spiritum veritatis quem mundus
non potest accipere: quia non videt eum nec scit eum.
Vos autem cognoscetis eum: quia apud vos manebit
et in vobis erit. Non relinquam vos orphanos
veniam ad vos. Adhuc modicum: et mundus me
iam non videt. Vos autem videtis me: quia ego viuo
et vos viuetis. In illa die vos cognoscetis quia ego
in patre meo: et vos in me: et ego in vobis. Qui habet
mandata mea et seruat ea: ille est qui diligit me. Qui
autem diligit me. diligetur a patre meo: et ego diligam
eum et manifestabo ei me ipsum. Credo non dicit. Offertorium
Emitte spiritum tuum et creabuntur et renouabis faciem terre. Alleluia
Benedictus es domine deus patrum nostrorum magnificatus es vehementer. Gloria
Hec munera quesumus domine oblata sanctifica et corda nostra sancti spiritus illustratione emunda. Per eundem xpm. Qui ascendens super
omnes. Iugiter ac deuote. Communicantes et diem sanctissimum pentecostes preuenientes celebrantes
quo spiritus sanctus apostolis in multiplicis linguis apparuit. sed et inter cetera. Iugiter ac deuote. Nam
igitur oblationem seruitutis nostre sed cunctae familiae tue
quam tibi offerimus pro his quoque quos regenerare dignatus es ex aqua et spiritu sancto. tribuens
eis remissionem omnium peccatorum. quesumus domine ut placatus
accipias. Diesque nostros. Communio Festinantes die de
cebat ihs qui credit in me flumina de ventre eius fluent aque
viue hoc autem dixit de spiritu quem accepturi erant credentes in eum